BIBLIA LATINA, BD. 1
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 385v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



conuallium ut inspicerem si floru
isset uinea et germinasset mala
punica. Nescivi anima mea con
turbauit me propter quadrigas ami
na dab. Reuertere reuertere su
uamitis reuertere reuertere ut in
tueamur te. VII

Quid uidebitis in sunami
te nisi chorum castorum
Quam pulchri sunt tui
in calciamentis filia principis
Juncture femorum tuorum sicut
monilia que fabricata sunt ma
nu artificis. Umbelicus tuus
crater tornatilis nunquam indigens
poculis. Venter tuus sicut acerus
tritici uallatus labiis. duo ube
ra tua sicut duo ymuli gemel
li capree. Collum tuum sicut tur
ris eburnea. oculi tui sicut pis
cine in esebon que sunt in porta
filie tue multitudinis. Nasus
tuus sicut turris lybani que
respicit contra damascum. Ca
put tuum ut carmelus et come
capitis mei tui sicut purpura
regis iuncta canalibus. Quam
pulchra es amica mea. quam
decora carissima in delicias sta
tura tua assimilata est palme
et ubere tue botris. Dixi ascen
dam in palmam et apprehendam
fructus eius. Et erunt ubera
tua sicut botri uinee. et odoris
tui sicut odor malorum. Gut
tur tuum sicut uinum optimum
Dignum dilecto ad potandum
labiis et dentibus illius ad rumi
nandum. Ego dilecto meo et ad
me conuersio eius. Veni dilecti mi
egrediamur in agrum. commore
mur in uillis. mane surgamus
ad uineas. videamus si floruerit
uinea. si flores fructus perturiunt
si floruerunt mala punica ibi da
bo tibi ubera mea. Mandragore
dederunt odorem in portis nostris
Omnia poma noua et uetera di
lecte mi seruaui tibi. VIII

Quis michi det te fratrem me
um sugentem ubera ma
tris mee. ut inueniam te
foris et deosculer. et iam me nemo
despiciat. Apprehendam te et indu
cam in domum matris mee. et in
cubiculum genitricis mee. Ibi
me docebis et dabo tibi poculum
ex uino condito. et mustum ma
lorum granatorum. Leua eius
sub capite meo. et dextera illius
amplexabitur me. Adiuro uos
filie ierusalem ne suscitetis neque eui
gilare faciatis dilectam meam do
nec ipsa uelit. Que est ista que
descendit de deserto. delitiis afflu
ens unita super dilectum suum
Sub arbore malo suscitaui te.
ibi corrupta est mater tua. ibi
uiolata est genitrix tua. Pone
me ut signaculum super cor tuum
et signaculum super brachium tuum
quia fortis est ut mors dilectio.
dura sicut infernus emulacio. et
lampades eius lampades ignis.